Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nasium constituere. et optimos quosque
epheborum in lupanaribus ponere. Erat
autem hoc non inicium sed incremen-
tum quoddam et profectus gentilis
et aliene conversacionis propter impii
et non sacerdotis iasonis nefarium
et inauditum scelus: ita ut sacerdotes
iam non circa altaris officia dediti
essent sed contempto templo et sacrificiis
neglectis festinarent participes fieri
palestre et prebicionis eius iniuste.
et in exercitiis disci. Et patrios qui-
dem honores nichil habentes: grecas
glorias optimas arbitrabantur. Quarum
gratia periculosa eos contencio habebat.
et eorum instituta emulabantur: ac per
omnia his consimiles esse cupiebant.
quos hostes et peremptores habuerant.
In leges enim divinas impie agere
inpune non cedit: sed hec sequens
tempus declarabit. XI

Cum autem quinquennalis agon ty-
ro celebraretur. et rex presens esset
misit iason tyro facinorosus ab ihero-
solimis viros peccatores portantes
argenti didragmas trecentas in sacri-
ficiis herculis. Quas etiam postu-
laverunt hii qui apportaverunt. ut hii ne
in sacrificiis erogarentur. quia non
oporteret: sed in alios sumptus eas de-
putari. Sed hec oblata sunt quidem ab
eo qui miserat in sacrificium herculis.
propter presentes autem date sunt in fabri-
cam navium triremium. Misso autem in
egyptum apollonio nesthei filio prop-
ter primates ptholomei filometoris
regis cum cognovisset antyochus a-
lienum se a negociis regni effectum
propriis utilitatibus consulens: profectus
inde venit ioppen. et inde ierosoli-
mam: et magnifice ab iasone et ci-
vitate susceptus. cum facularum lumi-
nibus et laudibus ingressus est: et inde
in fenicem exercitum convertit. XII.

Et post triennii tempus misit iason
menelaum supradicti symonis
fratrem portantem pecunias regi

et de negociis necessariis responsa
perlaturum. At ille commendatus re-
gi cum magnificasset faciem pote-
statis eius. in semetipsum retorsit sum-
mum sacerdocium. supponens iasoni ta-
lenta argenti trecenta. Acceptisque a
rege mandatis venit nichil quidem
dignum habens sacerdocio: animos vero
crudelis tyranni. et fere belue iram
gerens. Et iason quidem qui proprium
fratrem captivaverat ipse deceptus profugus
in ammanitem expulsus est regionem:
menelaus autem quidem principatum obti-
nuit. de pecuniis vero regi promissis ni-
chil agebat. cum exactionem faceret so-
stratus: qui arci erat prepositus. Nam
ad hunc exactio vectigalium pertinebat.
Quam ob causam utrique ad regem sunt vo-
cati. Menelaus motus est sacerdo-
cio succedente lysimacho fratre suo: so-
stratus autem prelatus est cyprus. XIII.

Et cum hec agerentur: contigit thar-
senses et mallotas sedicionem move-
re. eo quod antyochi concubine regis dono
essent dati. Festinanter itaque rex
venit sedare illos: relicto suffecto
uni ex comitibus suis andronico. Ra-
tus autem menelaus accepisse se tempus
oportunum. aurea quedam vasa templo
furatus donavit andronico. et alia
vendiderat tyro. et per vicinas ci-
vitates. Que cum certissime agno-
visset onias. arguebat eum. ipse in
loco tuto se continens antyochie secus
dapfnen. Unde menelaus accedens
ad andronicum rogabat ut oniam
interficeret. Qui cum venisset ad
oniam et datis dextris cum iure iu-
rando quamvis esset ei suspectus sua-
sisset de asilo procedere statim eum pe-
remit: non veritus iusticiam. Ob
quam causam non solum iudei. sed et alie
quoque naciones indignabantur: et
moleste ferebant de nece tanti viri

Sed regressum XIIII. Et multa
regem de cilicie locis adierunt iu-
dei aput antyochiam simul et greci.